Impropium expectauit cor meum et miseriam et si stetui qui simul tristaretur et non fuit. consolantem me quesiui et non inueni. et dederunt in escam meam fel. et in sitim meam potauerunt me aceto. Secreta. Concede quesumus domine ut oculis tue maiestatis munus oblatum et gratiam nobis devocionis obtineat. et effectum beate phennitatis acquirat. Per. Com Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Per hui domine oblacionem mundetur. et iniquitatis nostre purgentur. et iusta desideria impleantur. Per. Feria secunda. Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me. apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi domine virtus salutis mee. V. Effunde iraciam tuam et conclude aduersus eos qui persecuntur me. Colle. Oremus quesumus omnipotens deus. ut qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus. intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. Per eundem. Lectio [illegible] Ad dominum cum tribularer clamauit et exaudiuit me. [illegible] completa. aperuit mihi aurem. ego autem non contradico. retrorsum n